



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 54. Clementis XII. in promovenda Religione Catholica studium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.
A. C. 1731.

§. LIV.

Clementis XII. in promovenda Religionis Catholicae studio.

Præter ardens reddendæ pacis studium Clemens Pontifex nil prius nil antiquius habuit, quam ut in Pontificia ditione rem Catholicam ad orbem purgaret, fidemque latius propagaret. Eo fine in oppido Ulani Bisinacensis Diæceseos amplissimum Seminarium instituit, quod a Corfinii Familiæ suæ nomine *Corfinium* nuncupari voluit; In eo pueros Græcos et Epiro descendentes, qui in Calabria & Siciliæ Provinciis dispersi vivebant non modo literis, sed præcipue in pietatis & Religionis Catholicæ exercitiis assidue imbui statuit, ut his dotibus probe instructi apud suos, eosque, qui terras Orientales incolunt, bene de Catholica fide, & Apostolica Sede mererentur. Hanc in rem Pontifex die undecima Octobris anno sequenti Constitutionem edidit, qua hujus Collegii regimen Episcopo Bisinianensi commisit. Haud remissiore studio & ardore Sinensium, Indorumque Adolescentium saluti, utilitatique consuluit, Collegio enim, quod *Sacræ Familiæ Jesu* vocant, extra Neapolin constructo.

Sæc. XVIII.
A.C. 1731.

eosdem gratis ali, & scientiis ætati
& conditioni eorum congruis, necnon
Christianæ fidei rudimentis egregie e-
rudiri curavit, donec Sacerdotio ini-
tiati Barbaris atque Infidelibus, qui
adhuc in tenebris sedent, Evan-
geli lucem, Religionem, fas & æ-
quum, probosque mores implantare
possent. Hujus Instituti longe salu-
berrimi regulas publico diplomate die
septima Aprilis anni sequentis ad pre-
ces Caroli VI. Imperatoris confirmavit.
Porro Thibetum, quod in Asia magnæ
Tartariæ Regnum est, plures ex PP.
Capucinorum familia Præcones Apo-
stolicos ablegavit. Nunquam vero ma-
gis prona, magisque Orientalibus Mis-
sionibus peropportuna fuit Pontificis
solicitude, quam dum ad obeundas
sacras hæc expeditiones, & sublevan-
dam miseræ hujus gentis inopiam sexa-
ginta aureorum millia liberali manu
profudit. Tum enim Divinæ pariter
adfuit clementiæ fautor oculus, & inde
collecta uberrima animarum messis;
quippe eodem adhuc anno decem fere
Cophtorum millia ab erroribus ac per-
niciæ ad spem salutis traducta fuere,
his facem præferente ipsorum Patriar-
cha Alexandrino, qui Papæ monitis,
& veritatis serius ac citius ad cor lo-
quentis voci pronas benevolasque aures
præ-

Sæc. XVIII. præbuit: Paulopost idem Pontifex Ar-
A. C. 1731, meniorum quoque Patriarcham suis
 beneficiis, & paternis hortationibus
 eo induxit, ut impium a sacris Dis-
 cis anathema contra Chalcedonensem
 Synodum, & sanctissimum Papam Leo-
 nem Magnum deleret.

§. LV.

Varii successus in Gallia.

Jam anno hujus sæculi vigesimo nono
 die quarta Septembris Maria Ste-
 nislai Leszinsky Filia & Ludovici XV.
 Franciæ Regis Conjux Versaliis præ-
 mogenitum suum Filium enixa est, qui
 eodem adhuc die a Cardinale Rohan
 supremo Regis Eleemosynario Baptis-
 matis fonte auguratus est. Sequenti
 anno Clerus Gallicanus, postquam die
 prima Junii consuetis comitiis initium
 dabat, die decima sexta ejusdem Me-
 sis Regi petitas quatuor librarum mil-
 liones *doni gratuiti* nomine tradebat.
 Clemens vero Pontifex Fridericum
 Lantem tanquam Apostolicum Lega-
 tum ablegabat, ut Delphino nuper nato
 pro more sacratas deferret fascias. Ab-
 venit hic Versaliis die decima Aprilis
 postquam Lutetiam Parisiorum solemn-
 pompa ingressus erat: Placuit Regi
 summopere Pontificis donum; exte-
 rna